

198  
ANDREAS GRITTUS  
DUX LXXVII.

*Electus die xx. Maij Anno 1523. obiit Anno 1538. etatis 84. cum regnasset Annos 15. Menses tres. dies viij.*

EPIGRAPHES ANTIQVA.

*Imperium quod armatus foris, summis meis periculis amissum restitueram,  
domi Princeps, & acerrimis hostibus, & fame sapè oppugnatum ita  
conservavi, ut nulla ex parte imminutum moriens reliquerim.*



Ilitiam esse vitam hominis super terram, si nescis,  
attende. In castris natus Andreas, feroce prius  
edoctus sonitum Martis, quam vocē hominis, ex  
utero venit ululans potius, quam lugens. Tesselatam  
expertus fortunam, eam fletu nunquam ex-  
cepit sed furore, vindictam cogitans. Byzantium  
misisus à genitore, ut mercionijs praeſet, regnante Baiazethe,  
qui simulata amicitia cum Andreà Zancanio Veneto Legato, fœ-  
dus